Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput V.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

dimoniis admiratione capti, comites illis monstrarunt itinera; locorumque denunciarunt difficultates itineris duces, ubi opus erat comites sua sponte praebebant. Adeo vera ac germana virtus emicat, et immanes quoque homines admonet humanitatis. Franciscus igitur omnibus viam incommodis ac periculis perfunctus, superis motalibusque faventibus ad VI Idus Ianuarii anni sequentis incolumis una cum comitibus Venetias pervenit. Ubi Ignatium Loyolam reperit, dulcissimos socios filiosque avidissime operientem. Sequuntur consalutationes laetissimae, complexusque, Societatis more, summae benevolentiae indices. Ea laetitia praeteritorum laborum memoriam abstersit omnem.

Venetijs dat operam valetudinario incurabilium, inde Romam ad Pontificem adit

Cap. V.

Communi iam in consilio Patres decreverunt proficisci Romam, ut a Pontifice Maximo peterent potestatem manendi suo iure arbitrioque Hierosolymis Evangelijque praedicandi. Placuit igitur, dum saevis hiemis frangeret, Venetijs quasi tyrocinium futurae militiae ponere. Ergo Patribus publica valetudinaria tanquam provincias inter se comparantibus, Franciscus aegrorum incurabilium curationem, optatae sui victoriae materiem sibi ipse deposcit. Nec minore

animi

animi ardore cum provinciam gessit,
quam expetiverat. Simul atque advenit,
miserorum lectos, et grabatos coepit circu-
ire, maestos blande consolari, pereuntes in spes
vitae spe recreans, confirmans moribundos,
omnes ad patientiam, ad sanctitatem, hone- emendati
statemque vitae acriter impellens: ut quorum
morbi insanabiles erant, eorum mo-
res quacunque posset ratione sanaret.
Ad haec facilius juvari posse cernebat ani-
mos aegros, si inserviret corporibus, ipsemet
valetudinarium everrere, lectos sternere, pur-
gare sordes, abjectissima quaeque ministeria,
Christianae humilitatis rudimenta, exequi;
mortuos denique ipsos denudare, ablutos rite
sepelire. Inter haec munera insignis quae-
dam pietas ex ejus vultu atque oculis emina-
bat: Christum ab illo in abjectis hominibus la-
tentem coli, cuius quodammodo, eique ipsi
dare operam, crederes. Gerebatur hic in hoc
celeberrimi valetudinarii, in omnes clarissimae
civitatis tam insolita alacritate atque lae-
titia, et multis ad novae rei famam con-
currentibus, spectaculo Franciscus esset non
Deo solum et Angelis, sed etiam hominibus:
utique cum ejus in affectos sedulitas B. Ro-
chi (: cuius nomen ob eximiam hujus generis
benignitatem Venetiis celeberrimum est :) in-
cundissimam renovaret memoriam. Vita-
bat ergo Xaverius, quantum poterat, oculos
hominum Patri Caelesti, qui videt in abscon- Matth. 6
dito placere cupiens. Gratissimum tamen
spectantes ejus virtus superis praebuit. Sign-
nutus

Ulceroso pravi pro cura mini- | nactus venerea lue ac tabe confectum,
strat. | hoc impensius ei ministrare instituit, quo
magis ab illo abhorrebat animus natura
utique delicatus. Mirus itaque ibi pugnae
exitus, nobilisque de se talis victoriae. Coer-
cebat ratio indomitam naturam, et pessi-
illius horrorem virtus divina superabat;
urgebat tamen interdum ulcerum foeditas
gravitasque odoris adeo, ut nauseare sibi vi-
[illegible] animus ulcerum hominum aver-
saretur. Non sensit sine Daemonis, sive
naturae dolus solertias Xaverij. Igitur
posteaquam paulatim refrigescere sensit
caritatem sibimet irascens, suamque animi
mollitiem increpitans, meritas de se expetere
poenas, atque illud delicati animi fastidium
penitus exuere statuit. Nec mora: abs[illegible]
Christi caritate motus, et S. Catharinae

Saniem exsu- | Senensis exemplo, manantem ex ulceribus
git | saniem semel atque iterum unicus sui vi-
ctor exsugit. Eximia virtus Divinitus exi-
mio donata est praemio. Haec victoria non
modo illum in praesens sui potentem fecit,
sed etiam in omne tempus, adversus ulcerosos
et elephantiacos eius muniuit animum.
Morbos enim, quorum ceteri vel aspectum
ipsum horrere solent, ipse deinde cum vo-
luptate tractavit, non tantum sine mo-

Sui victoria | lestia. Tanti refert ad animi libertatem
vel semel semet egregie vincere. Quocirca
in omni Francisci vita, et perpetuo om-
nibus in rebus sui victoria claruit, et [illegible]

nigritas

nigritas in miseros aegros singularis.
Hoc tyrocinio imbutus, Suum deinde ad vi-
sitandam animo expeditionem intendit.
Vere primo nullam moram interponendam
censuit Pater, quin quamprimum
Romam, ubi voverat, ad Pontificem Ma-
ximum adiret. Erant tum imbres maximi
itinera admodum lutulenta: et aderant so-
lennia Quadragesimae jejunia, religiosis via-
toribus haud sanè commoda. Verum ne re
Deo gratissimas minus gratam mutabilis
faceret, tanta fuit apud omnes voti
religio, ut dum jejuniorum tempus praeteri-
ret, dum horrida tempestas viarum lamas
et voraginibus teterrimas aliquâ ex parte
siccaret, dum venti remitterent pluviarum
neutiquam censuerint expectandum. Adeò
non sibi nota, sed se votis accommodabant.
Itaque finita quadragesima omnes pariter
Romam ire maturant. Ad superioris iti-
neris paupertatem hoc accessit, ut sine vi-
atico omnes viae simul ac divinae provi-
dentiae committerent se. Porrò in itinere
vetera illa instituta perpetuò retinebant,
atque hoc amplius, quoniam id temporis
erat, etsi pedestres viatores, necessarij iti-
neris labor, utrique pane emendicato pluri-
mum vexabat, tamen ritè quotidie jejuna-
bant, nullumque omninò capiebant cibum nisi
emendicatum: ut dubitari possit, utrum major
imperati jejunij religio fuerit, an Evangelicae
paupertatis. Nec piorum hominum fiducia
ulla ex parte Dei providentia frustrata
est. Magnis imbribus gravique tempestate
vexati, procedere tamen, quò destinarant

pronotatos

Voti servandi religio

Quadragesima iter pedibus faciens, et mendicans ritè jejunat

Fruſtulo panis ſumpto per lutum iuſtum iter pedibus conficit

perrexerunt, turbulentas aſperrimi ac hiemoſi eo potiſſimum anni tempore Longobardiae vias pedibus ſine ullo gravi incommodo permenſi. Interdum autem uſu venit, ut fruſtulo duntaxat cibarij panis ſumpto, maximo imbri, campis longe lateque ſtagnantibus (ut alicubi usque ad ſummum pectore extarent:) millia paſſuum uno die prope XXX nudis conficerent pedibus; non aequo ſolum tranquilloque animo, ſed hilari laetoque. Demum illos Deus neceſſarijs ſubinde rebus ac viribus ſuppeditatis, precario victu, periculisque itineris defunctos, quo intendebant, ſalvos incolumesque perduxit. Romam ubi ventum eſt, nihil eis potius fuit, quam ut limina Apoſtolorum adirent; ſanctiſſimisque urbis atque omnium gentium patronis ſalutatis, communem per eos cauſam anxij commendarent Deo. Exinde tantorum Procerum patrocinio & gratia freti ad Chriſti vicarium (is tum erat Paulus III ex inclyta familia Farneſia, vir conſilio prudentiaque longe clariſſimus) aditum ſibi quaerere componunt deſtinata perituri. Erat Romae eodem tempore Petrus Ortizius Hiſpanus, Caeſaris procurator, homo ſumma autoritate parique humanitate praeditus: a quo ad Pontificem introducti, atque ultro etiam commendati, benigne, comiterque ab eo accipiuntur de more ad oſculum pedis. Inde periclitandae eorum doctrinae gratia ad Philoſophicas Theologicasque diſputationes ſuper menſam (: erat optimi Principis con-

Paulus III. Pont. Max:

suetudo ferebat:) non semel adhibentur. Quo in genere cum omnes, ut Franciscus ipsi nis, egregium quà eruditionis, quà modestiæ specimen dedisset; editis de Hierosolymitana profectione postulatis, quæ volebant, impetrabant omnia, non modo nihil repugnante, verùm etiam valdè approbante Pontifice; cuius paterna in gentes omnes caritas adeo peregrinorum hominum est complexa necessitatem, ut eos, pro egregia ipsius benignitate ac munificentia, cum sancta precatione pariter et copioso viatico dimitteret. At illi ne in copia quidem paupertatis obliti, collatam totius peregrinationis pecuniam apud argentarium custodiendam deponunt, tantisper, dum profectionis tempus adesset; ipsi victum interea per urbem mendicando palam conquirunt, modestia utique quàm doctrina insigniores, utpote qui à familiaritate principum virorum ultro ad tantam vitæ humilitatem descenderent.

Venetiis post diuturnam præparationem Deo sacerdotii primitias offert.

Caput VI.

Urbanis negotiis feliciter, simul celeriterque confectis, Hierosolymas primo quoque tempore transmissuri, eodem ferè modo, quo Romam venerant, revertuntur Venetias. Ibi cælestis vitæ avidi, ut pluribus pignoribus obstricti Deo tenerentur, ac familiari dudum consuetudine, semet Christo penitus consecrare decernunt. Igitur cùm ad eam intentione se parassent omnes, sub Missæ Sacrificium apud Hieronymum Verallum Apostolicum Legatum paupertatis castitatisque perpetuæ nuncupant vota

Paupertatis castitatisque perpetuæ vota faciunt.